

rinam valde calidam observavimus,
ut eodem calore vina in fundo navis
etiam incalefserent; cum Aëristamen
calor erat, qui antea. At. 21, ejus-
dem mensis die huic planè contrari-
um dicit : Per duos actres dies ne-
bulis ac frigore circumsepti fuimus
ut in mense Ianuario vivere nos puta-
remus, ac aqua marina supra modum
erat frigida : quod durabat usq; dum
in littus impingeremus ob densitatem
nebularum, quæ exterius frigus istud
adspirabant. Hunc effectum ille spe-
ciei alicui Antiperistaseos attribuit
in sequenti narrationis parte, quam
huc neque transcribam, ueque exas-
minabo.

CAPUT III.

POstquam jam breviter notavimus
quantum ad superiorem maris Re-
gionem spectat, ac cautelas requisitas
(quæ ulterius forte extenduntur
quan-